

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra Circa Arma Tychonis [Epigram]

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 175. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-idm139660972153808/facsimile.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Vivit at illa tamen, Naturæ obflacula vicit:  
 Pro modico æternum tempore tempus habet,  
 Æthereisque potita bonis mortalia temnit:  
 Per CHRISTUM Civis legitimata Poli.

5 Obijt Peste Anno Domini MDLXXVI Septembris die XXIV. Vixit  
 Annos II menfes XI dies XI horas XI.  
 MORS quo citior, dulcior, quo ferior, amarior. KIRSTINÆ dulciß.  
 filiolæ naturali præter ætatem indultriæ et moratæ Pater F. et P.

10 [E Petri Gassendi *Tychonis Brahe Vita* (Parisii 1654) p. 300; cf. P. J. Resenii *Inscriptiones  
 Hafnienses* (Havniæ 1668) p. 331 sq.]

FUNDAMENTALI URANIBURGI LAPIDI HÆC  
 FUERE INSCULPTA.

15 **T**EMPORE quo regnum qui nomine reque secundus  
 Danorum imperio rex Fridericus habet,  
 Carolus ad Danos Galli legatio regis  
 Danzæus, patria cui est Aquitanæ solum,  
 Huic domui, Uraniæ et Sophiæ quam Tycho Brahorum  
 Clara stirpe latus, rege iubente, struit,  
 20 Hunc lapidem auspicio felici, utque omne per ævum  
 Augufti id memoret lux modo fexta, locat.

[E P. J. Resenii *Inscriptionibus Hafniensibus* (Havniæ 1668) p. 333 sqq.]

TYPOGRAPHIÆ.

25 **V**RANIÆ ingenuo et celfo molimine parte  
 Imprimeris manuum fic ne labore labos?  
 I mundique diu vaffi pete Regna, superftes  
 Succæßus tribuat conditor Uranioæv.

CIRCA EFFIGIEM TYCHONIS.

**H**IC patet exterior Tychonis forma Braheï:  
 Fulchrius eniteat, quæ latet interior.

30 CIRCA ARMA TYCHONIS.

**A**RMA, genus, fundi pereunt: durable virtus  
 Et doctrina decus nobilitatis habent.

[Ex